



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 85. Disciplina Regularis in Monasterio Portus Regii per Mariam  
Angelicam Arnaldinam restaurata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

Sæc. XVII. bente Magistratu: simul quoque anti-  
A. C. 1609. quum morem innovari desiderat, quo  
 Baptismi dies a quovis quotannis pie  
 celebrari consueverat: præcipit etiam  
 Synodus, ut Confessarii non detecto  
 sed cooperto capite Sacramentalis ab-  
 solutionis sententiam ferant, eos vero,  
 qui horas Canonicas solum mentaliter  
 recitant, suæ non satisfacere obliga-  
 tionis, declaravit Synodus. Eodem hoc  
 anno Narbonæ in Occidania hujus Ec-  
 clesiæ Archiepiscopus Synodum Pro-  
 vinciale habebat, cuius potissima de-  
 creta circa fidem & mores versantur.

### §. LXXXV.

*Disciplina Regularis in Monasterio  
 Portus Regi per Mariam An-  
 gelicam Arnaldinam  
 restaurata.*

*Abregé de  
 l'hist. de Port  
 Royal.*

Tam virtutum exemplis, quam anti-  
 quitate admodum celebris erat  
 quondam Portus Regius Ordinis Ci-  
 sterciensium Abbatia Caprusium prope  
 sexto Parisiis lapide dissita, quam An-  
 no Christi millesimo ducentesimo quar-  
 to pro duodecim Virginibus Odo de  
 Sully Parisiensis Episcopus fundaverat.  
 Attamen exeunte Sæculo decimo sexto  
 hæ Moniales a pristina vitæ Sanctimo-  
 nia plurimum aberrabant, mundane  
 vani-

VIII  
anti-  
quo  
s pie  
etiam  
tecto  
s ab-  
vero,  
aliter  
oliga-  
n hoc  
s Ec-  
Pro-  
ia de-  
ntur.  
  
terio  
n-  
  
anti-  
erat  
s Ci-  
rope,  
An-  
quar-  
o de  
erat.  
sext  
imo-  
danæ  
vani-

vanitatis studio Religiosæ solitudinis Sæc. XVII.  
amorem penitus suffocante. Annus A.C. 1600.  
agebatur Salutis nostræ sexcentesimus  
secundus supra millesimum, quo Maria  
Angelica Arnaldina pro consueto illius  
ævi more nonnisi duodennis in hujus  
Parthenonis Abbatissam ad Simonis  
Marionis Avi sui preces ab Henrico IV.  
nominaretur, nondum seipsum regere  
edocta. Nihilominus decimum sextum  
ætatis suæ annum egressa, cujusdam  
Mönachi concione, quam de vitæ Re-  
ligiosæ felicitate, & Regulæ S. Bene-  
dicti excellentia habebat, arcana qua-  
dam ac cœlesti mentis incitatione tam  
vehementer urgebatur, ut non modo  
vitam suam ad instituti leges compo-  
nere, sed & subditas sibi Sanctimonial-  
es sensim ad veterem disciplinam re-  
vocare decerneret. Igitur nova rursus  
votorum sponsione sese Deo devovet,  
omnes vestium vanitates, victus & vitæ  
commoda, cunctasque mundi illecebras  
exulare jubet, & straminea culcitra,  
cibisque esurialibus contenta, anno  
priori Abbatiam arctiori clausura mu-  
nire incipit: ne vero suas Moniales Re-  
gulæ rigori haud assuetas nimium ter-  
reret, illas non mandato, sed exem-  
pto, monitis, fusisque ad Deum preci-  
bus ad sui imitationem pertrahere ni-  
titur: nec deerat pio huic conatu opta-  
Hist. Eccles. Tom. LIV. Gg tus

Sæc. XVII. tus undique successus; quippe sensim  
 A. C. 1609. cunctæ intra quinquennii spatum silen-  
 tii, jejunii, orationis, omniumque vir-  
 tutum studio splendescere, & pravarum  
 consuetudinum stirpes penitus exscia-  
 dere cernebantur. Hæc Ordinis Re-  
 stauratio idem, quod omnibus piis exer-  
 citationibus commune est, fatum sub-  
 ibat, nonnullis eam velut Dei opus de-  
 prædicantibus, aliis tanquam Sectarie  
 novitatis partum reprobantibus. Ob-  
 stabat restauratæ huic disciplinæ præ-  
 primis quidam Generalis Assistens, ma-  
 gnus quidem Venator, cetera tantus  
 idiota, ut nequidem orationem Domi-  
 nicam latino sermone conceptam intel-  
 ligeret. Patrocinabatur ex adverso-  
 vae huic Societati ipfem et Ordinis Ge-  
 neralis nomine Bucheratus, Vir pru-  
 dentia, pietate & justitia longe specta-  
 tissimus, cuius impulsu & Mariæ An-  
 gelicæ studio plura ejusmodi Asceteria  
 ad veterem disciplinam, quæ ætatis  
 vitio perculsa jacebat, reducebantur,  
 in quibus SS. Benedicti & Bernardi fer-  
 vor tamdiu resflorescere cernebatur, do-  
 nec Abbas Sancyranus hujus Portus  
 Regii Moderator evasisset.

§. LXXXVI.